tione portat qd nō feruore estuatis deside-
rū in deū liquefcat. **Hec Orige.** Hec rāme
intentio pfectū decorē nō habet omnia.
q̄a adhuc circa multa est occupata. licet ppter
deum. **Unde Bernar.** vbi supra dicit.
Porro in aliud tendere q̄s in deū. et ramen
pter deum nō ocīu marie. sed maribene-
gocium est. Absit autē vt que huiusmōi est
quicq̄ dixerim illā habere desōme. nec ta-
men ad perfectū affirmauerim puenisse de-
coris. quippe que adhuc sollicita est et tur-
batur erga plurima. et nō potest terrenous
actuum vel tenui puluere nō aspergi. que
tamē facile citoz deterget in hora scēde
notiois vel dormitionis casta intentio et
bone cōscientie interrogatio ad deū. **Nec**
Bernard⁹ fino. xij. sup **Lanti.** Quino
intentio quedam est recta simplex et magis
immediata et odore finis eterni dulciter al-
lecta. que est cōemplatiōum. et illa p̄ce-
dit ex volūtate finis eterni affectua expe-
rimentaliter. Experimentalis enim odo-
yleimi finis omnia alia aliq̄ mō p̄temnere

de ergo intentionē in nullo alio sitne qui
elere facit. sed eā quātū potest vltimo fini
immediate vnit. Dicit em Hugo super. vii.
angelice hierarchie q experientia est m̄ vel
magistra intelligentie. et q ille optime verita
tem nouit q ea nō audiēdo solū. sed etiā gu
stanto et faciendo didicit. In tali em experi
entia intēto nō ambulat. sed q si currit. In
odore inq sponsa currem vnguentorū tu
ouū Lanti. v. Hec intentio tedit in dñm so
lum immediate quātū potest. et ppter ipm. sed
vplures nō totaliter ppter ipm soluz. sed
enā querit ppter se meditari et cōsolari. reti
nens adhuc aliqd de pprio. vt dicit Bern. et
ideo tal intentio dimisa est. Talis clamat
cī Petro. Ecce nos reliquim omnia et secu
tisum te. qd ergo erit nobis. Mat. v. Et
cī Ps. Inclinaui cor meū ad faciēdas in
sufficiōes tuas in eternū. ppter retributio
nē. Quā tamē intentionē dñs nō reprehē
dit. q nō pncipaliter qrebat mercede; sed
dñi voluntatē. cū multi tales sint in eterna
domo pris. vt ptc Luce. xv. Sexto intē
to quedā est imediata simplificata et deifi
cata amore finis eternī totaliter attracta.
Et hec est beatorū in patria. et inde intentio
si intēto eterna. et elicif a voluntate affecta
ta deiformis. Deificatio autē (vt dīc Bern.
libro de diligēdo dñi. parū post mediū) ni
bil relinque in voluntate admixtū vel. ppterium.
sed totū p intentionē dirigit in dñi. Vn di
cit ibidē sic. O pura et defecata intentio vo
luntas. eo certe defecator et purior q in ea
de pprio nibil iā admixtū relinquit. eo sua
uior et dulcior q totū diuinū est qd sentitur.
sic affici deificari est. sic oēm tunc in sanctis
q sunt in patria humana affectionē quodā
ineffabil modo necesse est quiescere. et a se
metip liquefcere. atqz in dei penitē et affor
mati voluntatē. alioqz quō omnia in omibz
erit dñi. si in homine alioqz de hoie supererit.
manebit quidē substātia. sed in alia forma.
in alia glā. aliaqz potētia. et videtur sentire
Bern. hoc impossibile fieri nisi post resum
ptionē corporuz cū beati adhuc ante resū
ptionē corporū desiderio naturali appetat
vniōne corporoz suo. Hec Bern. Idē sen
tit Aug. de appetitu corporū. vt ptc lib. xv.
sup Benesim. Distinctio q̄rea.

Q uarto videndū est p que signa re
cta et simplex intentio cognoscatur.
Circa qd notādū ē q̄ hui intenti
onis aliq signa sunt q̄si exteriores. et q ad ho
mines et qdā interiora. et q ad sc̄iētiā. Si
gna ḡ exteriora recte et simplicē intentiōis
fm Orige. sup Lanti. c. vii. exponens illud
Q̄ pulchri sunt gressus tui et c. sunt quinqz
Loquēs ḡ de multa pulchritudine gressu
um intētionaliū dicit. Sp̄sa calciata pul
cherrime incedit. q̄si rectissima intentione.
Post sc̄tōrū exempla incedit calciata. s̄z hy
potrita nudo pede incedit. q̄dē sequitur
corrupta intentiōe. caret em exemplari pel
le. vterqz tamē ex fructibz suis cognoscitur.
Et ponit ibi qnq signa recte et simplicis in
tentiōis. p que illi ab istis distinguuntur.

Prīmū signuz est humane laudis dete
statio. et dicif glorificatio. Und Mat. vi.
Lū facis elemosynā noli tuba canere ante
te. sicut hypocrite faciūt. De h̄ dicit Chry
sostom. Tuba est omnis acr p que opis ia
ctantia demonstrat. Secūdū signuz est
sobria tristitia et exultatio mēs. Un Mat
thei. vi. Lū ieunatis nolite fieri. Un Ori
ge. ibidē. Nō inueni verū signum boni cor
dis q̄ si erūpat foras dulcedine mens et fre
quētia sobrie exultatiōis et tristicie. Ter
ciū signū est ordo correctiōis. vt pmo a te
ipo incipiās. et post alios corripiās. Unde
Mat. vii. Hypocrita enīcē primū trabez
de oculo tuo. et rūc videbis cīcere festuaz
de oculo fratris tui. Et Origen. ibidē. Nisi
fallar nihil aliud appers̄ nisi apparere iust.
dū me corripiis et te negligis. aut si me et te
corripiis q̄re a me incipiās et nō a te. Quar
tū signū est benignitas cōpassiōis. Mat.
xxiiii. Ne rob̄ scribe hypocrite q̄ alijs clau
ditis regnū celoz et imponit̄ eis ēguia one
ra et c. Greg. Qui bon̄ est corde. benign̄ ē
cōpassiōe. Quintū signuz est imobilitas
mētis tā in aduersis q̄ in pspers. q̄ vt alter
Job acceptat di. Si bona accepim̄ dñi ma
nu dñi. cur nō silt̄ et mala c. ii. Un Greg. ex
ponens illud Job. i. Erat simpler et rec̄ di.
Simplex et rect̄ ē ille q̄ in aduersis n̄ fran
gi. q̄ ad t̄palia nō inclinaet̄ v̄l incurvaet̄. qui
ad supiora totus erigit̄. q̄ dñi voluntati hui
lie subiicit̄. hec Bre. Hec Orige. breuit̄ enu
merat d. Q̄ pulchri sunt gressus tui in calca
neo tuo filia principis. Si in opibus que
agis laudē humana vitas. si sobrie exultas
si primo te corripias. si alijs benignitatē
exhibeas. si patientiā in aduersis ostēdas.
Hec sunt signa exteriora Post hec pmo

De septem itineribus eternitatis

videndū est de signis interioribz recte sim plicis intentiōis. De h̄ nota q̄ Berñ. libro de p̄cep. z dispen. dicit sic. Q̄ interior oculus intētiōis vere sit simplex. duo arbitror illi necessaria esse. scz charitatē in intentiōe. z veritatē in electiōe. Pr̄io necessaria est charitas in intētiōe. Lui⁹ rō est. qz caritas intentionē ad om̄ia illa q̄ ad finē sunt p̄cipalit̄ intenta dirigit z extēdit. et q̄ h̄ artius vnit. cū in oibz vnū intendit z ad vnū tēdit z om̄ia q̄ntū p̄t cū illo vnire q̄rit. Un̄ Bre go. in pestora. di. Caritas diuīsa vnire con siveuit. cor iusti diuidi p̄ multa cōpellit. qd tanto art⁹ in deo colligit q̄nto illud lat⁹ p̄ sc̄tā desideria spargit. Sc̄do ad h̄ q̄ oculus intētiōis sit rect⁹ z vere simplex reqr̄it veritas i electiōe. qz illa nō sinit errare cir ca finē intentū. Un̄ Berñ. ibidē dīc. Quō deniqz simplex erit ocul⁹ intentional. cū ignorātia veritatis etiā q̄ bonū diligite et ma liū nescius agit. Sed ill⁹ nō īmerito oculū simplicē durerim cui neutrū bonū desir. qz ista duo oculū intētiōis faciūt simplicē. s. amor boni z cognitio veri. Hec Berñ. Sic igif nec charitas intentionē sinit ante finē intentū stare. nec fītas sinit eā circa finē er rare. Veritas em̄ nō amat angulos nec ei diuersoria placet. ait Berñ. Igif op̄ p̄ intētiōne bonā agil qn̄ illa charitate z veritate munif. sp̄m igif rectū innova inviseribus meis.

Distinctio quinta.

Quintovidendū est q̄līc p̄ intētiōe rectā z simplificatā sp̄us humanus intrinsecū z eternale manerū dñi ie su accedat z ingrediat. De h̄ nota q̄ cum recta z simplex intētiō sit qdā tendētia sine obliquitate. z simplex sine admixtiōe in et nitatē a volūtate desideratā. z a rōe dictata. Psequēs est q̄ intētiōs tendētia cōtinua est eternitatis p̄siderate approximatio et at tingentia p̄tinua. Un̄ Hugo p̄mo li. de archa noe. dicit sic. Hoc est ad deū rendere sq eū p̄ desideriū q̄rere. q̄ cognitionē inuenire z p̄ gustū tangere. Intentio charitate z re ritate munira oia tp̄alia derelinquit. et ad eterna redēat donec intentio. tentio fiat. vt dicere possit. Iuueni quē diligat anīa mea. tenui eūz nec dimittā. donec eū introducā in oēs mentis capacitates tā cōmunes q̄ singulares. vbi intētiō oibz inferioribz sup ferit. extra mūdū p̄stituit. in eternis colloca sur z quietat. Un̄ Greg. xxv. mox. dicit sic

Si semel in appetitiōe celestis patri foris stabilitate anim⁹ per intentionē figitur. mi nus rerū temporaliū perturbatione vexatur. A cūctis quippe exterioribz motibz eandē intentionē suā quasi quandā secerū secessū petit. ibiqz incōmutabili inherētē z murabi lia cū cīta transcedens. tā ipa tranquillitare quietis sue in domo sc̄z in mūdū extra mun dū est. Excedit quippe om̄ia ima intentionē summoz. z cunctis rebo quas nō aperit. lib eritate quadā supesse se sentit. nec tempe statē rerū temporaliū inf⁹ sustinet. quam intueſ foris. q̄a terrena om̄ia q̄ concupita opprimere mentē poterāt. despēra sub⁹ iacent. Unde p̄phērā dicit. Statue tibi spe culam. qz dū quisqz speculat summa super minēt infima. Hec Gregor⁹. Si ḡsp̄i ritus n̄ in se bene ordinat⁹ cū om̄ibz actiō nibz in vnū se colligat. sursum ad eterna tēdat. z licet q̄ ad aliq̄ instabilis p̄maneat. intentionē tamē in eternitate stabilis p̄sistit. que nō nisi in eternis stabilis. Dicit Greg. z Hugo libro. iiii. de archa noe. Qđiū ho mo ordinē sue nature tenuit q̄uis pactio nem variare. interi⁹ tamē p̄ intentionē et amore stabilis p̄mansit q̄rūnū intēdebat z p̄pter vnū om̄ia faciebat. vnū diligebat et om̄niū voluntatiū atq̄ actionū stūrū finēs ad vnū referebat creatorē suū. q̄ solus sufficiebat. Hec ille. Et Basili⁹ exponens illud Luce. x. Porro vnū est necessarium. dicit. Uniformis est vita christiana. ad vnā ten dens intētiōe. scz gloriā dei. multiformis vero z varia est vita eorū que deforis sum plibitu suo variata.

Distinctio sexta.

Aexo videndū est q̄līc sp̄us adue niendū p̄iter recte z simplex intētiōis ad eternū intrinsecū dñi e su. dulcit ab eo inuitat̄. dicēte. ii. c. Lati. O amica mea p̄pter intētiōis tue simplicitatē. Nā tā in q̄tē interioris p̄replatiōis q̄ in exercitio exterioris actionis. z in solatōe angelice allocutiōis me solū intēdebas. cum me in lectulo quesisti. cīvitates circulisti. vi cos pambulasti. custodes angelicos susci nuisti. Lanti. iii. quare p̄rāstis bis om̄ibus singularis me singularit̄ inuenisti. re nuisti. Surge. si em̄ amica mea es. surgedum est tibi. q̄ tue intētiōis stabilitatez ad me incessant rendēdo. qz z si me vt amicam inuenisti. nonduz m̄ ad plenū cognouisti.

Quere ergo facie m̄ meā semper cūstī p̄s.
Quia qui sine fine est amādus sine fine est
querēdus. Ait Aug⁹ in glosa. O columba
mea ppter intentiōis simplicitatē ⁊ vnitatē.
Una ēm̄ est colubā mea. Canti. vi. q̄ ut dīc
Vercellen⁹. ibidē. vnicā simplicē habēs in-
tuitū. vnde signat p̄nrā intelligentiā p̄tem/
plans diuinā simplicē essentiā. et quo sim/
plificata magis fuit. Matth. x. Estote sim/
plices sicut columbe. Prop̄a ppter inten/
tiōis tue agilitatē m̄bi v̄tinue approximā/
do. q̄ p̄tinuā desiderati finis intentionē
p̄lēris p̄tinuā approximationē ad me qui
sum p̄ncipiu⁹ ⁊ finis. Apoc. xl. Principiū
teliberalē creans. finis te finalis quietas.
O formosa mea ppter intentiōis tue deifor/
mitatē. Ia ēm̄ intēcio ait dñs Luc. xv. q̄si
Inerna fulgoris illuminabit te. vt iā nibil
p̄nu⁹ in te reliquer⁹. q̄d in te amoroſe nō or/
dinaueris. ppter q̄d tota pulchra es amica
mea. et macula nō est in te. Canti. iiiij. Veni
igifad meā diuinitatē. q̄r intentiōis tue tē/
denta non quiescit nisi in mea eternitate. q̄
est secretū meū intrinsecū ⁊ eternale mane/
riū. Veni autē. quia iā est itinerādi tempo/
ranea oportunitas. q̄a iam hiems trāſt̄.
Qd Vercellen⁹ exponēs ait. Hiems mul/
tiplici intēperie itinerātes ppedit. Matth.
xvii. Quidam fuga v̄rā fiat bieme vel sab/
ato. Hiems igif noie inq̄t Vercell⁹. in
teligunt q̄libet impedimenta vel offendicu/
la innerū eternitatis. Hox autē itinerāt̄ offens/
cula sunt ḥcupiscētia carnis. ⁊ ḥcupiscē/
tia oculorū. ⁊ supbia vite. cū om̄ib⁹ familijs
suis. sed hec om̄ia iā sunt diminuta. q̄r iam
hiems trāſt̄. Decille. Et estas solis eter/
niū incānati v̄bi iā in terra nřa apparuit. et
ideo latēporanea itinerādi ē oportunitas.
Ideo dicit Vercellen⁹. Hec itinerāta sibi car/
pit sponſa p̄ totā seriē canticoz sponſo vo/
cante. illumināt̄. adiuuāt̄. supportāt̄ ⁊ am/
plexante. celestib⁹ paranimphib⁹ obſeq̄a sua
impēndentib⁹. Hec ī le. O dñe de⁹ veni er/
go amica mea. q̄r iā hiems p̄cū intēcois tue
ascensum retrabent̄ trāſt̄. Veni colubā
mea. q̄r iā hiems peccati intentiōis tue agi/
litatē retardant̄ ab̄it̄. Veni formosa mea
q̄r hiems p̄cū intentionē pulchritudinis
tue deturpanē recessit̄. Veni autē amica
mea ppter intentiōis tue singularitatem. vt me
eternalis amplexeris. Veni colubā mea p
intentiōis tue deiformitatē. vt me eterna/

keit fruar⁹. Ego em̄ ppterū dilectiōe dilexit
te. Hiero. xxx. ad quam fruitionē eternam
nos pducat qui in eternum regnat etern⁹
deus in eternū bñdicit⁹. Amen.

Ecūdū iter eter
nitatis p̄ qđ sp̄s human⁹ tē/
dit ad intrinsecū secretū ⁊ eter/
nale manerū dñi iesu. i. ad et/
nā eius diuinitatē est eternoꝝ studioſa me/
ditatio. De q̄ itinere sunt ſeptē p̄ ordinē
notanda. Primū est q̄re iter studioſe me/
ditatiōis imēdiate iter recte intēcois ſeq/
cur. Secundū est qđ sit meditatio. ⁊ q̄litter
a cogitatiōe diſtinguat̄. Terciū est q̄litter
in itinere meditatiōis de⁹ sp̄m hūanū illu/
minet ⁊ pſabuleſ. Quartū est q̄litter sp̄s human⁹
in itinere meditatiōis decū alloq/
tur. Quintū est q̄litter allocutio dīna itin/
seca a nřa meditatiōe diſtinguat̄. Sextū
est qualit̄ sp̄s human⁹ p̄ iter meditatiōis
eternitatē iſeu ingrediat̄. Septimū ē q̄litter
sp̄s hūan⁹ adveniendū p̄ iter medita/
tiōis ad eternitatē a iſeu inuitat̄.

Distincio prima.

Primo igif norādū est q̄litter iter studi
ose meditatiōis iter recte intēcois ſequat̄. ⁊ q̄ isti⁹ itinerā ſit necessitas.
De quo norādū est q̄ cū radius recte ⁊
simplicis intentiōis ſpiritu humanō eter/
num ⁊ beatificū ſinē om̄is ſolatiōis v̄l' co/
ſummatiōis q̄i ſpecularine poſtendar. Qd
necessariū est. q̄a niſi ſpiritus human⁹ ſinē
illum aliqliter p̄cognosceret. neſciret q̄ ten/
deret vel v̄bi quiesceret. ⁊ niſi illū ſinem alī
qualit̄ deſideraret ⁊ inueniret nunq̄ ſqrere
curaret. ſed vagus ⁊ p̄fugus ſup terram ve/
alter cayn a facie domini plectus nū q̄ ſta/
bilis pmaneret. vt dicit Hugo libro pmo
de archa. Hoe. meditatio studioſa p omnia
diſcurrēdo ad hunc ſinē intēcoū inuestigā
do q̄ſi practice q̄nerat ⁊ inueniat. ⁊ ſpiritu⁹
ad illū cū animi rōne ⁊ exultatione nō deſi/
stat adducere. ideo rōnabiliter īmo neſſa/
rio iter meditatiōis imēdiate ſequit̄ iter in/
tentiois. Un⁹ Richar. libro pmo de archa
myſtica dicit ſic ca. iiiij. Deditatiōis studi
um est ſemp quouis industrie labore qua/
liber animi difficultate ardua q̄q̄ ap̄phen/
dere. obſcura irrū pere. occulta penetrare.
donec veritatē dīi queſitā inueniat. ⁊ aīm
ſiue ſpiritu ad veritatis ptemplationē cū ad/

De septem itineribus eternitatis

miratione et exultatione adducat. Hec ille.
Hec etiam duo itinera mutuo se iuvant. Invenientia duo sunt necessaria. scilicet amor boni et cognitio veri. ut super dictum est. sed meditatio hec duo augmentat et fortat suo fervore. quod enim per hoc. In meditatione mea excedet ignis. quod intentione ad cognitionem veri illuviat. et quod ad desiderium boni finis inflamat. et quod intentione meditatione in fine intentum et desideratum rectum dirigit et vehementer impellit. Itē intentio fine itineris ostendit. meditatione vero viaz ad summa et eterna padit. et quod sunt necessaria itinerarii. pude disponit. ait Bern. in ser. de scō aandra. Et his prout quod iter meditaronis sequitur iter intentiois. et eius necessitas.

Distinctio secunda.

Accidens videtur est quod sit cogitatio. Ne spiritus humanus per viaz cogitatiois per via meditarois iter arripiat. Oportet scire quod sit cogitatio. et quod meditatio et quod inter se distinguantur. De qua nota est Richard. li. i. de archa mystica. c. iii. dicitur. Scilicet in eundem materialibus humanis aliis per cogitationem intuentur. alii per meditationem ruminantur. Multum ei a se inveniuntur hec. quisqueque in materia inueniatur. Et ideo dicit Richard. ibidem. quod cogitatio est ipsius animi aspectus. ad euagationem per nos. Propter eminenter singularem pene momentum praeuerit se ad incepere et fruola relaxare. et sine labore discretiis freno ad oiam se ingerere vel precipite dare. Meditatio vero ut dicit id est studiosa metus intentio ad investigationem diligenter intendens. et est puidus animi intuitus ad vitas inquisitionem vehementer occupatus. Ex his prout multiplex istorum differetia. ut ostendit Richard. ibidem. c. iii. d. Cogitatio per diversa quecumque lento pede gradat sine respectu punctuum passim huc illucque vagatur. Meditatio vero sepe per ardua et aspera ad directiois fine cum magna animi industria peruenire nititur. Secundum differunt. quod cogitatio serpit. meditatio incedit. et per plenum currit. Tercio differunt. quod cogitatio est sine labore et fructu. meditatio vero cum labore et fructu. Quarto differunt. quod cogitatio per vagis motibus de uno in aliud transire. meditatio autem per circuitus circa unum aliquod incessanter incedit. Quinto differunt. quod cogitatio oritur ex imaginatione. et ideo quodque est sine ratione. Ad cuius intellectum nota quod sicut dicit Richard. in libro de beniam. c. xviii. duplex est imaginatio. Una est bestialis. alia rationalis. Bestialis sine

utilitate et deliberatione hunc illucque discutitur. quod et bestia facere potest. Rationalis autem est illa quod imaginatur diversa compositione ratione diuidendo per volumen. quod bruta non possunt sic facere. Meditatio enim oritur ex ratione. Unde quod transit in contemplationem per admirationem et exultationem. Hec ille. Et sic apparet quod sit cogitatio. et quod meditatio. et quod inesse differunt et inueniuntur. unum tamen per alterum frequentier ponit. quia cogitatio in meditatione pertinet. Dicit Richar. libro. s. c. iii. Distinctio tercia.

Tercio quod allocutio divisa illuminans te hominem ad ambulandum ad eternam inducit et alleuiat viam. Evidenter nos adhuc est quod littera in itinere meditationis de spiritu humano non alloquatur. et de eternis quodque quodque fabulatur. ne sicut dicit Bern. itinerantes laboribus fatigantur. sermonibus delectantur. Dicit namque Bern. ser. xxij. sup. Lanti. sic. Deus quis viazor quispiam itineratibus se associat. iocundis fabulatiobus suis a labore vie omnem hominem relevat et comunit. ita ut eo discedente loquantur. Non cor nostrum ardenterat nobis. dum loquuntur nobis in via. Hec ille. Primo evidenter est quod in meditationibus nris cum spiritu nostro loquuntur et fabuleruntur. De quo nos adhuc quod Dionysius in principio angelice hierarch. dicit. Per eternam lumine generat simplicissimum in essentia ipsum universaliter lumine ab ipso praedicto dicens ad communem suam cognitionem et participationem non solum admittit celestes mentes sed et nos per distributionem bonitatis sue venit. ut nos ab infinitis separatos suscitet ad sui desiderium et cognitionem. et remota metus distractio. one convertit nos ad congregans prius visionem eternam. Hec ille. Et hest lumine quod illuminat oem hominem venientem in hunc mundum. quantum in se est. Ioh. i. sed divisa illuminatio est inspirata dei locutio. Unde Gregorius moraliter dicit. Quasi in audiitorio dicas quod videnter inspiras. Et Augustinus de triplici habitaculo vocat sic. Dei locutio est occulta inspiratio. quam mentibus sua voluntatem et sua veritatem ostendit visibiliter. Sic et Gregorius primo modis ostendit quod nos alloquimur per inspirationem mentis in trinsecum. Unde et xxx. modus dicitur. Loquitur quippe deus intrinsecus silent sonans inuisibilis lingua copunctionis. et quanto plenius inveniatur. dicitur. factio ab exteriorum desideriorum strepitu

pectus audiēs auertif. ut cuz sp̄ha dāuid dicat. Audiā qd loquāt in me dñs de⁹ r̄c. In his qd ouertū ad cor. i. menē in qd de⁹ rancq̄ in imagine sua habitare dignat. quō s̄t uobis habaret etern⁹ r̄ nō loqref de eter nis. Sed nota q̄s hāc dīnā allocutionē audiat. Ad b̄ r̄ndet dñs in Matth. vi. di. Qui h̄z aures audiēdi audiat. Et Apoc. ii. Qui h̄z aures audiēdi audiat qd sp̄us dīc ecclēs. Qd exponēs Rich. ibidē dicit. Aures audiēdi h̄z q̄ sp̄m habet intelli gendi. et affectū diligēdi et pmerēdi ea q̄ dīl eunt vel pmittunt. Un dñs loquēs iudeis surdis q̄ntū ad audiū interiorē sive sensū s̄ualem dicit. Quare nō cognoscis loqlaz mēi. q̄ nō potestis audire sermonē meuz. q̄t deo n̄ estis. Sz ex p̄e diabolo estis. q̄ in veritate nō stetit. et iō mēdar est. sed q̄ ex dō est h̄ba dei audist. et si q̄s sermonē meū fua veris mortēnō gustabit in etnū. sed q̄ vivit h̄bz sensus interiores sp̄iales viuaces. Sz n̄ nō om̄s h̄nt eos exercitatos et aptos ad audiēdū h̄bū dei. Nisi em̄ sensus audit⁹ et interior exciteſ et a ielu agiaſ. sp̄us n̄ surdus et ad audiēdū efficiſ. ut de talib⁹ dica tur illud ps. Aures h̄nt et nō audiēt deū in tuis loquētē. neq̄ em̄ est sp̄us in ore ip̄orū ad deū alloquēdū. His recordat Greg. x. vñ. mor. vbi dicit sic. Vix dñi audif cū grētus aspiratio mēte cōcipit. cū sensualitas occulētē surditat̄ rumpit. tūc audit⁹ re paraſ. De h̄ nota infra. vi. itinere. dist. iiiij. Sed q̄d sensus interiores reparant et exercitanſ docet apl's ad Ro. xij. vbi dicit. Si sp̄u faſe carnis mortificauerit. viuet. scz fm̄ sp̄m. Qui aut̄ fm̄ sp̄m viuit q̄ sp̄us sūt sentiūt. sp̄ualia ei⁹ sapiūt. Cui⁹ rō est. q̄r viuifico sp̄u viuificant et sensus sp̄us vt i ſpi ritualib⁹ exercitent et delectent in eis. scz in fm̄. qd nō ſolū vez ē de sensu interiori. nō audi⁹ ſed etiā de oīb⁹ ſenſib⁹ interiorib⁹. Qd etiā pbaſ in lib. de sp̄u et ania. vbi dī ſic. Ld exterior sensus carnis bono ſuo vrit. inferior sensus q̄ſi obdormit. Ad ei⁹ cogno ſit bona interiori sensus q̄ locū dicate exte riōtū bonor̄ capiſ. Hā qui in carne viuit. i carne ſentit. et dolores carnis fugit q̄ntum pōt. et ſolatiōes q̄rit carnis. ſed tal' vulne ra anie priorsus ignorat. iō nec medicinā q̄ ſentit. Ld aut̄ mortuus fuerit ſensus anie in carne. tūc viuificare incipiet ſens⁹ inferior ſentit ſemetiōm. vt tūc ſciēt dolo

res ſuos ſp̄us. et ſentire incipiet ſua vulne ra. etiā oblectamēta ſua. et tanto pſecat q̄nto int̄mius. Hec ille. Tales ḡ cuz iam h̄nt interiorē auditū aptū audiūt deū in ſe lo quētē. ut dicat illud ps. Ignitū eloquiuſ tuū vehemēt. et funs tu⁹ dilexit illud. Ro ta de h̄ ſtra itinere. vi. di. iij. Etiā nota q̄ ſi cut p̄t p̄ Greg. ii. mor. De⁹ non oēs eq̄lit alloquīt in meditatiōib⁹ ſuis. nec vñūque q̄ boiez oī tpe eq̄lit alloq̄t. ſed putvnicuiḡ opus eſt. Quare et dñs discipul⁹ dicit Joh. xv. Dulca habeo vob dicere ſed nō poteris porrare mō. Item ſciendū eſt q̄ dñs multiplicet loquīt nob. ſ. acriter arguēdo. Apoc. iii. Quos amo arguo et caſtigo. Qd Rich. et Haymo exponētes dicūt ut ad illib⁹ qd dñs ſuader nos pducat. pponit arguere et caſtigare q̄s amat. iō libenē tolerāda ſunt eius h̄ba et h̄bera. Terribilitē cōminādo Joh. xv. Si q̄s in me nō māferit mitteſ fo ras ſicut palmes et arescer. et in ignē mitteſ et ardet. Prudentē docēdo Joh. xv. Vos dixi amicos. Quare. qz oia q̄ a p̄e meo audiū ſecaſ ſeci vob. ſ. q̄ necessaria ad ſalutē ſuerūt. ait Crifo. Matth. v. Beati paupes ſp̄u. qm̄ ip̄oz eſt regnū celoz. Ualit ſuadendo. Apoc. iii. Suadeo tibi emere aurū ignitū pbatū ut locuples ſias. Per aurū ut dicit Rich. ibidē ſignaſ charitas. que ut aurum fulget. que diiectiōe ſeruet. q̄ in tribulatiōe fornam exanimatiōis ſuſtinet. Hec ille. Veraciter pmittēdo. Joh. xiiij. Qui dī ligit me ſermonē meū ſeruabit. et p̄ me dī liget eū. et ad eū veniem⁹. et mansionez apud eū faciem⁹. Hic tria pmittit. ſez dilectionē. viſitationē et mansionez. Quid maius hiſ. Dylciter pſolando. Lanti. v. Come dite corpus meū. bib ite ſanguinē meum et inebriamini diuinitate mea. Verbuſ caro factū eſt ut cib⁹ angeloz fieret cib⁹ hoim. ait Grego. Familiariter ſuſurrando. Job iij. Porro dicūt eſt ad me verbū abſcoditū et quaſi ſurtine ſuſcepit auris mea venas ſu ſurrij eius. Qd Grego. exponēs. v. moral. dicit q̄ p̄ verbuſ abſconditū alloquio int̄me aspirationis intelligit. que mentez ſue ſpiritu ſtingens ſubleuat. et tempales cogitationes deprimentis hanc eternis deſiderijs inflāmat. ut nihil niſi ſugna cogitare ſi beat et cūcta inferiora ptemnat. Abſconditū

De septem itineribus eternitatis

tum igit̄ vobū audire est locutiōes sc̄ispūs
in corde sc̄ipe. quē mūd⁹ audire nō pōt. qz
sp̄m sc̄im accipe n̄ p̄t. q̄ ad diligēda iuīsib⁹
lia nō assurgit. Hec Greg. Et sequit. Et q̄i
furtiue suscepit auris mea venas susurrū
ei⁹. vbi dīc Greg. Susurru occulti verbi
est ip̄a locutio aspiratōis int̄ne. Vene autē
susurrū dicunt̄ eaz cogitationes. q̄b̄ hecipa
aspiratio ad mentē ducit. Venas igit̄ sup̄
ni susurrū auris cordis furtiue suscipit. q̄n
subtilitatē locutiōis int̄me afflata mēs ra
ptim ⁊ occulte cognoscit. Aisi em̄ ab exteri
orib⁹ desiderib⁹ se abscondat. int̄na nō pene
trat ⁊ occultat̄ ut audiat. ⁊ audit̄ ut occultet.
Hec ille. Verba b⁹ dīni susurrū q̄nq̄ sic se
abscondita et occulta ut in intimis audita
ext̄ra dici nō possint. Unde dicit Greg. xx.
moral. Rivuli sp̄ualū donorū i amāc⁹ men
te ita de celestib⁹ subtilitē currunt. ut pos car
nis explicari non possint. Hec ḡ nemo scit
nisi q̄ accipit. Apoca. v. vbi dicit Haymo. q̄
ad h̄ p̄destim⁹ est. Vel ut dīc Aug. Ibidez.
Qui accepit p̄ expientiā rel p̄ reuelationē.
Sic igit̄ apparet q̄liter de sp̄u n̄m i me
ditatiōib⁹ alloquat̄. Distinctio q̄rta.

Quarto videndū est q̄liter sp̄u no
ster siue mens nr̄a in meditatōib⁹
sius deū se alloquētē alloquaſ. Lū
em̄ de⁹ ut iā supra dictū est sp̄m siue mente
nfam in meditatōib⁹ q̄nq̄ tā amicabilitē et
dulcie alloquaſ ut sp̄u n̄ q̄si amirādo cū
apha clamet. Q̄ dulcia fauicib⁹ meis eloqua
tua. sup mel ori meo. cōdecens ⁊ necesse est
ut sp̄u nf deū alloquētē se hūilit̄ ⁊ dulcie
cū reuerētia ⁊ cū grārūactiōe alloquaſ. De
hac allocutione dicit Bern. ser. t. viii. super
Lanti. sic. Sicut qndā moyses q̄i amicus
ad amicuz cū dño loqbat. ⁊ dñs r̄ndebat.
ita ⁊ nunc int̄ verbū et aiām acsi int̄ duos
vicos familiars admodū celebrat̄ allocu
tio. Hec mirū. Ex uno em̄ fonte amor⁹ vni
cuīg influit diligere inuicē ⁊ pfoueri piter.
dulciora ḡ melle volant vincide tot⁹ in se
vba suauitatis et mutui ferunt̄ aspece. sc̄i
indices amoris. cū dicat alter in Lant. Ec
ce tu pulchra es amica mea. ⁊ statim altera
dicat. Ecce tu pulcher es dilecte mi. Ibid.
Lectulus nr̄ florid⁹. Hec ille. Primo igi
tur de ista locutiōe notādū est q̄ de⁹ sūme
affabilis ut sp̄m siue aiām ad hāc allocutio
nē animet ⁊ incitet ip̄e p̄or alloquīt̄ cā dul
citer inuicādo ad se alloquēdū dices Lant.

ti. v. Sonet vor tua in aurib⁹ meis. i. desi
deriū tuū. Et reddit illi⁹ rōnez dices. Vor
em̄ tua dulc⁹. qz pcedit a fonte dulcedinis
inspirate charitatis. ⁊ ex fonte candide ⁊ sa
pide veritatis. ideo in sp̄u ⁊ veritate sonene
in aurib⁹ meis. Et q̄a verba tua exteriora
dulcescūt ex dulcedine verbor̄ interiorū.
ideo fauus distillās sunt labia tua. Lanti.
iii. q̄ntū ad verba exteriora. qz mel dulcis
charitatis. ⁊ lac candens veritatis sub lin
guā tua abscondita sunt. q̄ntū ad verba inte
riora. ideo eloquū tuū dulce Lanti. v.

Sed de ista allocutione nota qd sit os
anīe vel sp̄u. qd lingua quib⁹ deū alloqui
mur. Grego. xv. moral. dicit. Nos cordis
i. aie est meditatio siue cogitatio. alia p
heta nō diceret. Labia dolosa in corde ⁊ ce
corde locuti sunt. Ex abundātia em̄ cor
dis os loquitur tam sp̄uale q̄ corpale siue
bonum siue malū. Lingua vero spirit⁹ siue
anīe quid sit. ostēdit Bern. ser. iii. sup Lan
tica dices. Verbu deī est sp̄u. ⁊ anīa est spi
ritus. ⁊ habet linguas suas quib⁹ sibi seal
terū alloquāt̄. p̄sentelq̄ se indicet. Et
verbi diuinī lingua ē fauor dignatōis. Anī
me vero lingua est fernor deuotōis. Eſe
quid ibidē. Elinguis est anīa atq̄ infans q
banc nō babet. ⁊ nullaten⁹ potest illi esse.
mocinatio cū verbo deī. ideo cū verbū bu
iusmodi lingua mouet. volens ad animaz
loqui. nō potest anīa nō scire vel sentire ei⁹
sermonē. Unius est em̄ sermo deī efficac
et penetrabilior om̄i gladio ancipi⁹. ḡin
gens vsḡ ad divisionē spirit⁹ ⁊ aie. Erru
sum cū sua verba mouet anīa. vobū deimul
to min⁹ potest latere. nō p̄p̄ hoc q̄ vbiq̄ p
sens. sed maḡ ppter hoc q̄ nisi ip̄o stimulā
te deuotōis lingua mime ad loquendū mo
uetur. Hec om̄ia Bern. ⁊ Greg. Tertio
necessariū puto circa istā allocutionē spir
tualē scire quid sine vba spirit⁹ ⁊ anīe. ⁊ q̄li
ter dīversimode deū alloquēt̄ aia. Dē dī
cit Grego. v. moral. sic. Anīarū verba sunt
ip̄a desideria. Hā si desideriū sermo nō eī.
pheta nō diceret. Desideriū cordis eorum
audiuit auris tua. Magnū desideriū est
maḡ clamor. Tanto ḡ minus clamor
quāto min⁹ desiderat. ⁊ tanto maiorez ro
cem in aure incircūscripti spirit⁹ exprimit.
quāto se in eius desiderio plenius fundit.
Inde dicit Aug. x. lib. p̄f. Et nota q̄ u
bil corpale in sp̄uali allocutiōe imaginat̄

et. **U**nus Berni sermone. xlvi. sup Lanti. dicit. Quoties legis vel audis verbū eternūz et aniam giter colloq. et seiuicē intueri. non imaginari corporeas voces. vel apparere corporis imagines. qz hec locutio vbi est infusio domi. et respōsio anime est admiratio cū grāvitatione. **H**ec Berni. Sed qz Grego. v. mox. dicit. **V**ox aie p distincta vba se explicat dū se p innumeros modos admiratiōis format. Ideo notādū est q ania siue spūs humanū fm diversa desideria et diuersos modos admiratiōis diuersimode deū alloquit̄ in suis meditatiōib. Qui licet sint infiniti. n̄ ad septē reducunt̄. **D**ñqz em̄ ea animū alloquit̄ vt deū fideliter orando. vt qn̄ in meditatiōib suis desideria sua in vera fide et sincera charitate soli deo exhibet. qd̄ soli deo debet. **M**atth. iij. Domini nū deū tuū adorabis. et illi soli seruies. Ve riadoratores sunt q̄ eū in spū et veritate ad/orant. Job. iij. Ita q̄ cordat cult⁹ exteri⁹ et interiori. Soli aut̄ deo seruif cū tot⁹ ho mo in deū p intentionē ordinat. **U**t cre atoře vehemēter admirādo. vt qn̄ cū stupore mens̄ diuinoz operū et pfectoz magnitudinē rimaf. p grad⁹ admiratiōis ascēden do rīq ad mētis excessum. ait Richar. lib. v. ca. xv. vt clamet cū aplo. **D**altitudo diuin itari sapiētie et scie dei r̄. **E**t ps. Q̄ magnificata sunt opa tua dñe. **U**t p̄iem confidēte depēcando. vt qn̄ desideria filialis nec̄ cessatis ad paternā cōfidentiā humiliū clāmā. dicēdo. **P**er nr̄ qui es in celis r̄. In q̄ om̄es petitiōes nobis necessarie includūt Grego. xv. mox. dicit. **V**era postulatio nō est in vocib⁹ oris sed in cogitatiōib⁹ cordis. Valentiores voces apud secretissimas au res dei nō faciūt vba nra sed desideria peti toria. **U**t donū hūiliter honorādo. vt qn̄ seminūlē reputās fuū nibil boni sibi ascribit. sed om̄ia a dño largitore oīm se gratis recipie cognoscit. **U**n Grego. xvij. moral. dicit. sic recitās illud. **D**icit dño de⁹ mens̄ tu. qn̄ bonoz meoz nō eges. et dicit. **T**a lio vere nob̄ dñs est q̄ bono serui non indi ger. sed bona cōfert. **U**t iudicē horribili ter timendo. vt qn̄ trepidis desideriā rea tū r̄ infirmitate p̄priā cū cōfidentia infinite miscōle insinuat. dices illud Job. x. Loqr̄ in amaritudine anime mee. vbi dicit Grego. Amariendo p̄tis p̄tē extinguit supplicia sequētis ire. q̄re cōfidenter dicit. **H**oli me

zdemnare. **S**i autē dicas. nō cōdēnabo te. ergo indica mihi cur me ita iudices. R̄ndz dicens p aplm. **L**ū a dño iudicamur corri pimur. vt non cū hoc seculo damnamur.

Ut sociū familiarit̄ cōfabulando. vt qn̄ ania divina allocutiōe refecta ecōuerso se ipam cū grāvitatione in feruore desiderio rū socialit̄ se exhibet. et familiarit̄ se alloqnt̄ tem alloquit̄. **Q**autē societas possit esse inter deū et aniam. dicit apls. i. **C**orinth. i. sic. **F**ides est p quā vocati estis in societatez filij eius. et pma Job. s. ca. **S**i in luce ambulam⁹ sicut et ipse in luce est. societate habebis mus adiuicē. **Q**autē mutuo se et socialit̄ alloquant̄ p̄t̄ supra. vbi dī. q̄ de⁹ q̄sviator itinerantib⁹ se se associat. et iocūdissimis cō fabulationib⁹ suis a labore vle releuat om̄ne hoīem et cōmutat r̄. **U**t sponsuz dulciter susurrādo. vt qn̄ p magnitudine amo ris occultaz intima desideria nec ad plenū formare valet nec plene exprimere. **L**ū em̄ domin⁹ deus cū ania susurret vt sup̄ dictū est. necesse est vt ania cū deo susurret. Su surriū autē diuinū vt ait Grego. v. mox. est cū aniam r̄ intima inspiratiōe alloquit̄ et p̄ os carnis exprimē nō possit. **S**ic et susurrium aime est. vt cū ad intima sua reducta fuerit p diuinū susurriū concipiāt verba q̄ per os carnis exp̄mēre nō potest. **H**oc autē tem susurriū nō sit nisi in silentio et in solitu dine. Ideo dicit dñs p̄pheta Osee. ii. Du cam ea in solitudine. et ibi loquar ad cor ei⁹. Dicit autē in solitudinē vocando eam ad sua intima vt sola eū solo loquat̄. in nullo impedita. **U**n Lanticoz vltimo dicit. im pedite. Fac me audire vocē tuam. ac si dicat. Ego intīm⁹ menti sum. tu autē exterior⁹ adhuc quasi longe distas. ait Vercelleū. et ideo vox tua quasi exterior⁹ minus audibilis tanq̄ frigida. et ideo min⁹ gratiosa. et iō fac me audire vocē tuam in intimis arden tissimorū desideriorū. **U**n Vercelleū. ex ponens idē verbū dicit. **S**ponsus trahēs se ad interiora supnari allocationū. vt ani mā ad interiora desideriorū puocet. et eo feruētiora desideria ī ea suscitet. dicit. **F**ac me audire vocem tuā in intimis tuis. Nō em̄ est spōlo vox audibilior q̄ feruens desi deriū sui. Hec ille. Ex quo p̄t̄ ait Vercel lenk. q̄ dñs ostēdit nibil nobis esse salubri us. nihil in nob̄ esse deo iocund⁹. nihil in portione marie esse pfect⁹ q̄ in feruore de⁹

De septem itineribus eternitatis

sideriorū extaticorū in diuinū radiū exten-
torū incessant exerceri semp in supnis. io/
cundādō in intima dei allocutiōe. Ibi au/
dit verba archana q̄ non licet homi loq. ait
Hugo sup. vñ. angel. hierarchie.

Distinctio quinta.

Quinto qr̄ simillima sūt cogitata no/
stre mentē sermonib⁹ veritat⁹. ideo
necessē est vt arbitror scire qualiter
allocutio diuina a nostra meditatiōe ⁊ cogi/
tatione distinguat. De q̄ notandū est q̄
cū fm Aug⁹. de triplici habitaculo. allocu/
tio dei sic diuina inspiratio qua mētib⁹ nr̄is
suā voluntatē ⁊ suā veritatē inuisibilis ostē
dit. **M**editatio autē humana sit studiosa
mentis intētio ad investigandū veritatēz.
diligēter insistens cū labore. ait Richard⁹.
planū est q̄ meditatio humana ab allocuti/
one diuina multipliciter distinguat. **P**rimo
distinguunt hec. qr̄ allocutio diuina pcedit
z inchoat meditationē humanaz. **D**icit em
apl's. q̄. ad Corinθ. iiij. q̄ nō sum⁹ sufficien/
tes cogitare aliqd et nob̄ tanq̄ ex nob̄. qn/
to min⁹ sumus sufficiētes aliquid medita/
ri ex nobis tanq̄ ex nob̄. cū meditatio pfe/
ctior sit cogitatiōe. sicut dicit Richar. lib. i.
ca. iii. **S**ufficiēta autē nr̄a ex deo est. **V**nde
Eccl. xxiiij. **L**or homi⁹ fantasias patit ni/
si ab oīnipotēte inuenit ⁊ illustret. **N**isi ḡ allo/
cutio diuina siue inspiratio mentē ad me/
ditandū excitet ⁊ inspiret spiritui qd. quali/
ter ⁊ quādo de diuinis sic meditandū. hu/
mana meditatio vana et inutilis remanet.
qr̄ in ea nō exardeſcit ignis deuotōnis. sed
ignis vanitatis et cupiditatis. **S**edō di/
stinguunt. qr̄ allocutio diuina meditationē
humana instruit ⁊ verificat. **A**locutio enim
diuina ex inspiratiōe diuina pcedit. a verita/
te infallibili docens loqui ⁊ medicari cele/
stia. ⁊ supnaturalia oīdit ut supra dicitū ē.
Meditatio autē oris et rōne hūana. vt dicit
Richar. li. j. ca. iii. **Q**ualit ergo rō medi/
tationē de celestib⁹ instruet vel verificabit
cū ipa sine inspiratiōe ⁊ vnciōe que de om/
nib⁹ docet vt dī. j. Joh. q̄. ca. nō possit se ex/
tendere ad supnaturales veritates. ⁊ iō cir/
ca talia ceca ⁊ muta est. **Q**ui em de terra est
de terra loquit. Joh. iii. vbi dicit Augus. q̄
homini fm se p̄siderato nō uenit loq nūl
terrena. **T**alis em ex p̄prijs loquit. ⁊ aīlis
homo nō p̄cipit ea q̄ dei sunt. **T**alis iniqu/
itate medicat⁹ est in cubili suo. ait p̄s. id ē. in

corde suo. de q̄ exēunt surta. homicidia re/
divina aut̄ allocutiōe adueniēt ⁊ audita i/
nteriori inspiratiōe tota meditatio intrui/
tur ⁊ verificat. In inspiratiōe em idē est di/
cere ⁊ illuminare. audire ⁊ videre. **Q**uia si/
cū dicit Greg. ii. moral. q̄ si audiri dicit qd̄
vidētib⁹ inspirat⁹. Loquēdo veritas doce/
tur. illuminādo veritas rideſ. **N**ec ille. Ex/
perientia p̄dictor⁹ p̄t. **Q**uia cū et habudā
tia cordis os loqui. tam cordis q̄ corporis
De corde sic inspirato nō exēut cogitatiōes
male. surta. homicidiaz cetera talia. sed me/
ditatiōes odorifere. verba dulcia. vt talis
anīa dicere possit illud Lanti. j. **F**ascicul⁹
mirrbe dilect⁹ meus mibi. inf̄ vbera mea
cōmorabit⁹. **D**ilect⁹ inter vbera. i. in mea me/
moria ait glosa cōmorat⁹ p̄ cōtinuā medita/
tionē. vt fascicul⁹ mirrbe q̄ corpora a putre/
dine cōseruat. ⁊ vermes mortificat ait Uer/
cellen⁹. ⁊ iō fascicul⁹ mirrbe signat suauissi/
mā fragrantia sanctaz meditationū de do.
que mentē a putredine ⁊ corruptiōe mora/
liū p̄seruat. ⁊ vermes. i. offendicula medita/
tionū mortificat. **T**alis meditationis elo/
rum est dulce. Lanti. iij. **T**ercio pater di/
stinctio inter allocutiōem diuinā ⁊ medita/
tionē. qr̄ allocutio diuina meditatiōē hūanā
p̄ficit ⁊ p̄summat. **D**icit nāg Dionys. in p̄/
cipio angel. hierar. **O**n bona naturalia p̄f/
ciunt p̄ bona supnaturalia. **D**e bonis autē
naturalib⁹ aī diē glo. sup p̄ncipiu Lāc. sic.
Dīmes anīe motōnes vniuersitatis cōditor
creauit ad bonū. scz eternū. ad qd̄ tñ ḡle p̄/
uenire nō poterāt nisi supnaturalib⁹ p̄fice/
rent. **V**nde dī ibidē. **D**isce moī anīetūz
natural' amoris incēdiū ad meliores trā/
ferre. scz ad supnaturales pfectiōes. **D**o/
tus em anīe tā intellectuales q̄ affectuales
iter deū ⁊ aīam in meditatiōib⁹ q̄ dā nun/
cij discurrūt. q̄ inutiles ⁊ indigni erūt in co/
spectu dei. nisi lumīe veritatis ⁊ fernore cari/
tatis p̄ diuinū alloquinz p̄uenianf. alioq̄
si homo ex p̄prijs loquaſ mendas inuenit.
Decem dona supnaturalia faciūt motus
mentis tā intellectuales q̄ affectuales di/
gnos ⁊ acceptos in p̄spectu dei tāq̄ filios
iude ⁊ bierlm̄. **D**e istis nūcīs loquens Richar.
li. iij. de temp̄. ca. viii. dicit sic. **D**uo/
tidie nūl fallor q̄ meditatiōi ⁊ locutiōi insu/
sticis dei nūcīs suscipit. **Q**uotiens em⁹
abditis scripture recessib⁹ nouos intelleḡ
erūim⁹ quid aliud q̄ quoſdā dīlecti nosti

nuncios recipim⁹. huic saepe negocio sub⁹/
vit omnis sacra lecio. sagare⁹ meditatio. **A**
li⁹ nanc⁹ legētib⁹. alij⁹ meditatib⁹ diuinorū
secretorū internū occurru⁹ q̄ dilecti no-
stri ad nos mādara pferunt ⁊ de singul⁹ in-
struunt. Nō em⁹ decet om̄ates mutua stu-
dia mānag⁹ in alterutrū desideria nescire.
neq⁹ sufficiat estuantiā. ardenti⁹ deside-
rio seni⁹ audire. Obscero ⁊ manda reman-
da. **N**unci⁹ medius inter nos discurrat. q̄
me de singulis instruat. doceat me nō solū
sup statum meuz. sed ⁊ de statu tuo. doceat
quō apud te sit. vel qđ tibi de me placuerit.
Hecille. Sed qual⁹ differētia inter nun-
cios veroz falsos sit. ⁊ quō cognoscamus
docet Rich. lib. v. ca. ii. di. sic. **D**iuin⁹ nunci⁹
pulldubio est p̄ q̄ē diuinē volūtatis bene-
placūt cognoscīn⁹. q̄ quē ad eternoū co-
gnitionē illumiamur. q̄ quē ad eternoū de-
sideriū inflāmamur. **H**ecille. **E**x q̄p̄z isto
rū nunciorū differētia. **N**unciātes em⁹ nob̄
q̄ sunt cōtra dei volūtate vel de mādanis
vel de his q̄ sunt carnis sunt falsi nunci⁹ q̄
carnis sunt sentiētes. q̄ caro ⁊ sanguis re-
uelauit eis. **A**li⁹ vero sapiūt q̄ dei sunt. quia
pater revelauit eis. ⁊ et fructib⁹ eoz cognos-
cetis eos. Proverb. xxi. **A**qua frigida aie-
scienti. bon⁹ nunci⁹ de terra longin⁹. **S**z
Berū. sup. xxiiii. sup. Lant. alij⁹ distinguit
inter allocutionē diuinā ⁊ meditationē hu-
manā. di. sic. **S**unt quedaz vba nr̄i sponsi
ad nos nostre meditatiōes de ipo ⁊ de eius
gl̄a. elegantiā. potētia ⁊ maiestate. ⁊ non so-
lū becēt ⁊ cū versam⁹ auida mēte testimoni-
aia eius. ⁊ iudicia oris ei⁹. ⁊ in lege eius me-
ditamur die at nocte. sciam⁹ p̄ certo adesse
sponsuz. atq̄ alloqui nos. vt nō fatigemur
laborib⁹ sermonib⁹ delectati. **T**u ergo cuž
tibi talia volui anio sensis. nō tuā putas co-
gitationē sed illū agnosce loquentē q̄ apud
sphētā dicit. Ego q̄ loquor iusticiā. **S**equi-
tor. Si silia em⁹ sunt cogitata nr̄e mentis
sermonib⁹ veritas in nobis loquentis. nec
facile q̄s discernit qđ intus cor suū portat.
qđ ve intus audiāt. nisi q̄ prudentē aduer-
tie dñm in euāgelio loquentē. **Q**uia de cor
de exunt cogitatiōes male. ⁊ illud. **Q**uid co-
gitatis mala in cordib⁹ vestris. ⁊ loquit̄ mē-
daci⁹ qui de sp̄p̄is loquit̄. Ap̄l̄s aut̄. Non
sumus sufficiētes inquit cogitare alij⁹ ex
nobis tanq̄ et nobis. subaudis. bon⁹. sed
sufficiēta nr̄a ex deo est. **S**equiſ. **L**ū ergo

mala in corde versam⁹. nr̄a cogitatio est. si
bona. sermo dei est. **I**lla cor nostrū dicit.
hec audit si bona sunt. Audiā ait prophetā qđ
loqua⁹ in me domin⁹ de⁹. qm̄ lo. pa. in p̄le.
suam. **T**eāt pacē. pietatē. iusticiā. deus in
nobis loquit̄. nec talia nos cogitamus ex
nobis. sed in nobis audim⁹. **C**eterū homi-
cidia. adulteria. furta. blasphemias. et his
silia de corde exēunt. nec illa audim⁹ sed ea
dicimus. **S**equitur. **F**iunt tamē qn̄q̄ i cor-
dibus immisiones p̄ angelos malos. vt in
corde iude misit diabol⁹ r̄c. nec talia de cor
de exēunt sed ei imimitur. **Q**uid autē in
his tribuāt cordi. v̄l. quid hosti. ⁊ quando.
incertū est mihi. sed h̄ quidē sine periculo ē
Sed sane aliud est vbi piculose imo dāna-
biliē errat. atq̄ vbi certa regula p̄figit. ne
qd̄ dei est in nobis. dem⁹ nobis. putantes
verbi visitationē. nostrā cogitationē. Quā-
tū ergo distat bonū a malo. r̄tū distat ista
duo a se. qn̄ia nec de verbo malū. nec de cor
de erit bonū. nisi forte qđ prius de vbo cō-
cepit. **S**ciant em⁹ inimici grē absq̄ gratis.
nec ad cogitandū bonū sufficere cor huma-
nū. sed sufficiētia ei⁹ ex deo est. **E**t sciāt q̄ co-
gitant bonū vocē dei esse. nō cordis proles
existere. **V**ide autē qn̄ia verbū dei qđ egre-
ditur de ore di nō reuertit ad eū vacuū. sed
p̄spēratur. et facit om̄ia ad q̄ misit illud. vt
dicere possis. et tu grā dei in me vacua non
fūisti. **S**equiſ. **F**elix mens cui indiuidu⁹
comes vbiq̄ se affabilē p̄bet. cu⁹ in desinē-
ter oblectata suavitate facundie. a carnis
molestijs ⁊ vicijs sese vendicat. om̄i hora
redimēdo temp⁹ a dieb⁹ malis. quoniam ta-
lis nō turbabit̄ sicut dicit scriptura q̄cūd
acciderit ei. **H**ec oia Berū.
Distinctio sexta.

Hec videndū est qualitē spirit⁹ no-
ster in itinere studiose meditatiōis
intrinsecū secretū. eternū maneriu⁹
dñi ieu ingredi conatur. **L**irca qđ no-
tandū est q̄ cū verbū eternū se spiritui nfo
in meditatiōe sua q̄si quendā viatorē iocū⁹
dissimilis fabulationib⁹ associer. ip̄m de tē
poralib⁹ abstrabendo. de eternis instruen-
do. ad eterna inuitando. vt ex p̄dictis pate-
re potest. ideo necesse est vt sp̄us noster tē,
poralia fugiat. q̄ et hoc eternis appropin-
quat. ⁊ ad interiora deserti cū moyle iterat.
vt de eternis audiat. in solitudine medita-
tionis assidue permaneat. in eterna introcat

De septem itineribus eternitatis

et cū aplo paulo conuersatōe in celis habēat. vt cū Ds. dicere possit. Ecce elōgaui fūgiens. et māsi in solitudine. Qd verbum exponēs Bern. sup Lantiē dicit sic. Nō fuit p̄tentus extire nisi et longe se faceret vt q̄ scere posset. et si trāsilisti carnis oblectamenta vt minime iā obedias cōcupiscētis ei. nec tenearis illecebribz et curibz. p̄fecisti et separasti te. sed nōdū te elongasti. nisi et irruentia vndiq̄ fantasmatā corporeaz similitudinū trāsuolare mentis puritate p̄ualeas. Hucusq̄ noli tibi promittere requiem. Erras si circa te inuenire estimas locuz secerū quietis et solitudinis. serenū luminis et habitaculū paci. Hec Bern. Sed nota q̄ hec solitudo meditatiōis in mente est humana. vt dicit Grego. iiii. moral. vbi dicit sic. In solitudine manere est a secreto cor dis terrenorū desideriorū tumultū expellere. et in vna intentiōe eterne patrie amorez intime quiete anhelare. Sequit. A tumulu rerū tempalū magnū quendaz secessum petierat. quietā mentē. in qua tanto verius deū cerneret. quāto bunc cū se solo solū inueniret. Hec ille. Vn Ds. manens in solitudine illa ait. Expectabā eum q̄ saluū me fecit a pusillanimitate spūs et tempestate. In q̄bus ybis dicit se p̄pheta a duobz malis liberatū in solitudine. q̄ cōsueverūt impeditre ambulātes in tenebris eternitatis. scz a pusillanimitate spiritus et tempestate.

Prīmū est interi. Scdm est exterī. Prīmū scz pusillanimitas ē ex defecu fidei ex quo omnia interiora impedimenta oriunt. qr spūs sine fide infirmus est vscq ad mortem. Ab hac pusillanimitate in solitudine tm salvatus fuit. vt dicit. Quoniā in te eripiar a temptatiōe. et in deo meo trāsgrediar mru. Qd Grego. exponens. xvi. moral. dicit. Nurus est omne qd itineri nrō obijcit. sed mru trāsgredimur. cū p̄ amore illius obiecta omnia in mūdo calcam. Hec scz tempestas est ex defecu charitas. ex q̄ oriunt impedimenta itinerantiz ab exteriori. qr omnis tempestas exterior frequēter generat interiorē nisi assit charitas q̄ oia suffert. Ab hac tempestate in solitudine ps. tm liberat fuit vt diceret. qm̄ in solitudine expectabam p̄fecit pedes meos tanq̄ ceruorū. Qd Grego. xxviii. moral. exponēs dicit. Electorū mentes cerui dicunt. dū queq; q̄ in h mūdo obuiantia obſistere sibi p̄spiciunt. cō-

templatiōis saltu trāscendūt. et more ceruoru despectis terrenarū rerū sentibz in superna. i. eterna se euebunt. Hec ille. Igitibz meditatiōe solitaria sola cū solo secure manet a tpalibz abscondita eternis veritatis meditatiōe fidei et charitas feruore rūficiata et stabilita. Qd etiā Hugo lib. iiii. de archa Noe oñdit dices. Si p̄ studiū meditatiōis assidue cor nostrū imabitare ceperimus. iā quodā mō tempales esse destim⁹ et q̄si mortui mūdo facili. intus cū deo vivimus. tūc quicq̄ fortuna extra molis facile tremim⁹. qr ibi frū est nostrū desideriu. vbi mutabilitati nō subiacem⁹. Ecce iā studiosa mens meditatio intantū se exercuit p̄fecit q̄ in p̄templationē trāsui. Et hoc qd dicit Richar. lib. i. ca. iiii. sic Veritate p̄ meditationē diu quesitā tandem inueniam mens solet cum auditate suscipe. mirariq; cū exultatiōe. eiusdē quoq; admiratiōi diuitiis in herere. Et h̄ est iā meditādo meditatiōe excedere. et p̄ meditationē in p̄templationē transire. sicut etiā cogitatio qnq; in meditationē trāsit. Hec ille. Et his apparere p̄t quō spiritus humanus p̄ meditationē enerorū a tempalibz recedit et eternis inhereat. vt dicit cū aplo. Afra p̄uersatio in celis est. ad Philip. iii. et cū Ds. Transiūm̄ giget et aquā. et edutisti nos in refrigeriū.

Distinctio septima.

A Eptimo videndū est qualis spiritus humanus ad veniendū et iter studiōse meditatiōis ad intrinsecū et num dñi iesu secretū. ab ipo dulciter invitat. dicente Lanti. ii. Surge p̄era amica mea colubā mea. formosa mea et veni. Lui in uitatiōis subiūgit allectiu. di. Veni. iā est itinerādi optata facilitas. Jā enim imber cure tempalis distracten⁹ et impeditis ambulātes in itinere meditatiōis abie et recessit. et qr pluia estinalis descedit. et venit in vellus virgineū. colligēdo dispersiones meditationum. ad cōgregant̄ patris unitatē et simplificatā etenitatem. Dicit ergo aliam inuitādo. Amica mea ppter meditationis tue amorosa et assiduitatē q̄ est incitata amor. qr in ea exardescit ignis. at p̄. Qd Hugo lib. iiii. de archa noe exponēs dicit. Sicut ligna ignē nutriunt. sic cogitatiōes siue meditatiōes desideria pascit. q̄.

Lanti. s. dicit. meditatrix eris nox. **F**ascicul⁹ mirre dilect⁹ me⁹ mibi. int̄ vbera mea cōmorabit. i. in memoria mea. ait glo. siue meditatio. **S**urge p meditatiois tue extēsione a galib⁹ in eternitatē. vt pmo egredi aris cū riaac in agrū ad meditandū. **S**e cūdō extendas te in celū cū aplo ad conuer sandū. ad Philip. iii. **O** colūba mea. ppter meditatiois tue columbinā simplici- ratē. Iaie. xxxvii. **M**editabor ut colūba. Vercellen⁹ dicit. q colūba habet simplicē intuitū. et signat purā et simplicē inrelligen- tiā. Et pura autē et simplici intelligētia ori- unpure et simplices meditatioes. que sūt deo gratissime. **P**ropera p meditatiois tue agilitatē. Quā agilitatē desiderabat q dicit. Quis dabit mihi pennas sicut colū- be. et volabo et requiescā. Quā agilitatē ob- tinuit. cū dicit. Si ascēdero in celuz tu illic es. si descendero ad infernū ades. Si sum ptero pennas meas diluculo rē. **O** for- mola mea ppter meditatiois tue pulchrifi- carā puritatē. **M**editatiois em̄ sedula exer- citatio circa eterna mētē purificat a tem- poralib⁹ astrahēdo. et cā pulchrificat et for- mosam facit ad eterna extendendo. vt cum Ps. dicit. **M**editat⁹ sum in nocte. scz tem- poraliū. exercitabar. me ad eterna extendē- do. et scopeb⁹ spūm meū. nō solū a tempali- bus fugiendo. sed etiā vmbra tpaſiū silen- diū et imaginū omnino abstergedo. **D**e hac extēsione ad eternitatē dicit Aug. li. i. de trini. ca. xiiii. **N**ens qnto magis se extendit ad illud qd eternū est. tanto magis se exten- dit ad illud qd formaq ad imaginē dei. et sō querēda est facies dei semp. vt imago ma- gis reformet. donec fin ap̄lm in eandē ima- ginen transformet. vt dicat illi deus illud Lanti. iii. **O**pulchra es rē. Veni igit ad mei intrinsecū. et intra in gaudiūz domini- ni. veni iam ingressa ut amplius ingredia- ris. qd post me ingredi nō cessabis. **H**iere. in. **E**t hui⁹ amorose inuitatiois subiungit amorosum alliectiū dices. **S**urge veloci- ter et veni. qr imber abh̄t et recessit. **Q**uod Vercellen⁹ exponēs dicit. **I**mber ē aqua biemalis a celo fugiens. et in terrā corruēs. frigefaciens. et in mltas guttas seu partes dividens. lutū generans. et itinerātes impe- diens. et signat affectū cure temporalis. qd lu- bricū et deorsum trahit. et qsi iusta necessita- te mente retrahit a suspedio spirituali in-

